

A 231

4

oo
Lo

Hist.

III. C. 3.

Quarto. N. 522.

Landesbibliothek
für Volkshochschulen
Halberstadt
Bestandskommission

J. VI, 881.

III $\frac{4}{10}$ I. IV. 3.

12
20
DE
IGNE RELIGIOSO
DISSERTATIO.

VIRO
SVMME REVERENDO DOCTISSIMO
DOMINO
JOANNI WILHELMO
LOEPERO,

SS. THEOLOG. DOCTORI ET PROFESSORI GYMNASII,
CONSISTORII PRAESIDI, ECCLESIA RV M SVNDENSIVM
SVPERATTENDENTI, AD AED. DIV. NICOLAI PASTO-
RI PRIMARIO, ET SCHOLARCHAE

CVM
AVSPICIIS DIVINIS
DOM. IV. ADVENT. A. O. R. MDCCCII.
JVBILAEVM MINISTERIALE
FELICISSIME CELEBRARET,

INSCRIPTA.

ROSTOCHII,
LITTERIS RÖSIANIS.

1.

DE
VIRI RELIGIOSI
DIPLOMATIS

VIRO

SYMPHONIE REVERENDO DOCTISSIMO

DOMINO

JOANNI WILHELMO

LOEPFERO

SE THEOLOGICI FACULTATIS
CONSISTORII THEOLOGICI
IN THEOLOGICO ET MORALI
IN THEOLOGICO ET MORALI


AVSPICIIIS DIVINIS

IN THEOLOGICO ET MORALI

IN THEOLOGICO ET MORALI

IN THEOLOGICO ET MORALI





VIR

SVMME REVERENDE, DOCTISSIME,

FAVTOR AETERNVM

COLENDE!



N on recens natum est mihi, *Vir sum-*
me Reuerende, studium atque
desiderium, quod hodie in lucem
publice profero, hucusque quidem
occultatum, gratias TIBI persoluen-
di maximas. Ex quo enim tempore, TE Auctore, Suasore,
Du-



Duce, et disciplinis et linguis sacris, cum albo
ciuium Gymnafii SVNDENSIS, ante decenni-
um, et quod excurrit, nomen meum inſcriptum
eſſet, operam dare coepi; TEque Praeceptore,
Fautore, Patrono et Hoſpitem vt, mihi feliciffi-
me licuit; ex eo quoque tempore, quanta ſint,
quae TIBI debeam, et quae in me contuliſti be-
neſicia diſcere coepi. Quae ſingula animum
meum TIBI deditiſſimum ita commouerunt, vt
iam publicum, quantumcunque ſit, deuoti ani-
mi mei monumentum erigere decreuerim; nam
non niſi remotis arbitris gratias agere, ingrati
hominis ſpeciem ſubire videtur. Sed hoc non
quidem eum in ſinem facio, vt me ab iſta obli-
gatione, quae TIBI me ſemper ſeruat obſtrictiſ-
ſimum, ſolutum ſiſtam; vt potius, beneuolen-
tiae TVAE, qua me ſemper ſuſcepifti, inſigni,
neque laudes, neque grates vnquam adaequare
poſſe, hoc documento teſtatum faciam. Ac-
cipias itaque V. S. R. haſce plagellas, quae TVO
con-



conspectui quaedam *de igne religioso* meditata exhibent. Utinam ea sint, quae TIBI pectus meum, interioraque cordis adita, in quibus verus verae erga TE pietatis ignis *αἰθερος* ardet, TVO obtutui simul exhibere possint. Exstruo TIBI prytaneum, in quo non flammae superstitiosis ritibus seruatae, neque ignes diuino honori consecrati, sed debitae grates, deuotissimaeque preces TIBI ardent, ardentisque coelum versus adscendunt.

Permittas mihi quaeso, V. S. R., vt iis, qui laeto pectore, hilari vultu, diuino gaudio perciti, hodie propter TE laetantur, me humilime ad sociem. Sacra hodie iubila sacros distinguunt cantus. TE hodie iubilat miles, ciuis, gymnasium, ecclesia, respublica; TE iubilant ad vnum omnes, qui ouantes et gratulantes TE accipiunt eo maiore cum gaudio, quo maius est, quo hodie maectantur a Deo beneficio; hodie,
in-



inquam, die aeternis laudibus celebrando. Hodie enim, ante quinquaginta annos, suscepto Ministri Castrensis munere, primo publice e suggestu sacro ad cohortem Serenissimi Marchionis *Brandenb.* PHILIPPI WILHELMI verba fecisti. Iubilat miles, qui TE doctore ad aeterna pacis abiit tentoria; extollens Summum Numen, quod, vt sat multas calamitates, quae inter bella armorumque strepitum imminuerunt, grauissimosque exantlare labores, potueris, Tibi vires benignissime suppeditauit. Iubilat *Bublitzium*, quod clolcccVIII. curae TVAE demandatum, inuitum TE dimisit, cum ouans *Sedinum* TIBI et Ministerium sacrum et Theologiae pariter ac ebraeae linguae Professionem clolccxxv. offerret. Iubilat *Sedinum*, quod propter TE laudabili inuidet inuidia *Sundiae*, quae TE ecclesiarum suarum Superattendentem anno clolcccXXXVIII. fa-




salutavit, et cuius sacra iubila auras implent.
Iubilat TE *Sundensium* republica, quae TI-
BI et sibi de hodierno die gratulatur, atque, pre-
cibus ad Deum missis, viua TIBI offert vota et
supplicationes.

Atque eodem, V. S. R. tendunt, quas TI-
BI humillime offero, pagellae, vt laetum ani-
mum meum, gaudiumque de TVA felicitate te-
stentur. Coniungam itaque, vt hodiernae gra-
tulationes Deo gratae sint, coniungam cum lae-
tantibus *Sundensibus* vocem, supplexque De-
um, pro TVA incolumitate, prosperitate, felici-
tate, longaeuitate supplicaturus aggredior.

Perfoluant grates dignas, et praemia red-
dant,

aeterna Numinis Summi decreta, quae dum TE
ecclesiae emolumento praefecerunt, eidem TE
conseruare velint. Quae si Altissimus exaudie-
rit



rit vota, TE dies omni felicitatis genere abundantes manebunt, et mihi, nemini me fore secundum in TE pietate et obedientia, TIBI significandi nunquam deerit occasio. Pergas denique, quod submisisse oro rogoque, pergas, sicut haecenus pro consuetudine TVA fecisti, fauere

*Vir summe reuerende, doctissime,
Fautor aeternum colende*

Nominis TVI venerandi

HVMILLIMO CVLTORI
A. G. MASCH,



§. I.
Etiam si non nisi unus verum Deum rite colendi queat esse modus, infinitis summi Numinis perfectionibus conueniens, et per leges ex ipso infinitorum attributorum consensu determinandus; idem tamen Deus, varios ritus sacros, variosque id, quod pro numine habuerunt, colendi modos et excogitare, et praeceptis stabilire, hominibus permisit. Non sine sapienti consilio hoc factum est; et procul dubio ipsa totius vniuersi conditio, quo maior in vniuerso eundem consensus et perfectio, Deum, ut istam in religione dissensionem non impediret, commouit. At incertus, an nobis, quorum mentem angustae circumscribunt limites, tramites sapientiae diuinae hic rimari liceat, rationes, quae Deum mouerunt, securius ignorare, quam nimis curiose indagare malo; hic enim, me quidem iudice, Dei ἀνεξέρευνητα κρυμμένα καὶ ἀνεξιχνίασι ὄντα^{a)} appareat. Cum vero et verus Dei cultus, et adulterinus ac fict-

a) Rom. XI, 33.

fictitius, prouentus ille peruersi spiritus, non solum in multis conueniant, verum etiam suas agnoscant rationes et fundamenta, in vtrumque cultum inquirere, non omni vtilitate carebit.

§. 2.

Quodsi omnes antiquarum gentium mores, quatenus religionem concernunt, curate pensamus; Deum siue in igne, siue per ignem esse colendum, vbique inuenimus. Adeo haec persuasio omnium olim animos inuasit, vt fere quaelibet gens, quilibetque populus legem sanciuerit obseruandam, non dari cultum Deo acceptum absque igne. Merito itaque hoc elementum religiosum audit, quia nullae gentes religionem absque igne exercuerunt; atque inde ignis religiosus is est, in quo aut per quem gentes olim Deum coluerunt. Cum itaque ab omnibus olim receptum sit dogma, Deum igne coli debere, in rationes, quibus homines eo deducti sunt, vt huic dogmati subscriberent, inquirere statui. Sed eiusmodi huius ritus perscrutatio breuem rituum ipsorum recensionem praemittendam requirit. In duas itaque haec disquisitio abibat partes. Prior ostendet varios modos, quibus veteres igne in cultu diuino peragendo vsi sunt; posterior vero in rationes inquiret, quibus homines commoti sese ad eiusmodi cultum adinxerunt. Exstat quidem de eodem argumento *A. THILINGII* dissertatio *b)*, sed iam oculis eruditorum haec opella fere se subduxit, nec mihi hodie ad manus est: Hinc me in eodem cultu describendo non superfluum quid suscipere iudico.

§. 3.

Cum cultus diuinus per sacrificia igne consumenda sit antiquissimus, a primis mundi incunabilis ad euerfionem vsque *Hierosolymae* inter Dei populum consuetus, omnium primo de cultu Dei per ignem hunc inter populum vsitato agendum erit. Primum par fratrum, *Abelem* et *Cainum* Deo offerendo sacra fecis,

se-

b) de cultu ignis apud omnes gentes usitato. *Witt.* 1705, 4.

fe, sacrae referunt paginae c). Non iam inquiram, vtrum *Abel* tantum lac et adipem Deo obtulerit, quemadmodum voluit nonnulli d), an vero gregis primogenitas pecudes mastrit, quod Apostolus *Paulus* innuere videtur, cum eius oblata *Soriar* appellat e), et multis argumentis confirmatur a Cl. SYKESIO f), *Iob. Henr. HEIDEGGERO* g), et *Iob. Franc. BYDDEO* h). Sed sufficiat mihi obseruasse, quod illa, quae obtulerunt, Deo sacrificata, adeoque et in eius honorem consumenda fuerint.

§. 4.

Eodem modo temporibus insequentibus, Deus antequam malis poenas immittens decreuerat

genus mortale sub vndis
Perdere et ex omni nimbos demittere coelo,
Patriarchas sacra celebrasse, non quidem expressis in sacris paginis traditur verbis. Sed pium hominum genus, eandem, quam primus totius generis pater, seruasse religionem, obseruat BYDDEVS i). Hinc et sacrificiis igne consumendis Deum colendum duxerunt. *Noachus* certe ex arca egrediens, ad exstruendum altare Deoque sacrificandum k), non tam pronus fuisset, nisi iam antea eidem mori imbutus fuisset; inprimis cum de speciali Dei mandato hic nihil relatum legamus. Eundem porro modum inter populum Dei vsque ad *Mosis* tempora viguisse, ignemque a cultu diuino externo non abfuisse, diuinis probatur oraculis l).

A 2

In-

- c) Genes. IV, 3. 4.
d) *Grotius* in loc. *le Clerc* in loc. *Saurinus Bibl. Betrachtungen* tom. I. p. 224.
e) Hebr. XI, 4.
f) *Essay on the nature, design and origine of sacrifices*, p. 165 &c.
g) *Hist. patriarch*, tom. I, exercit. 5. §. 20. p. 119 &c.
h) *Hist. eccles. V.T. per. I. sect. I.* §. 31. p. 117. &c.
i) l. c. §. 40. p. 134.
k) Gen. VIII, 20.
l) Gen. XIV, 20. coll. *Levit. XXVII, 22. Genes. XV, 9. 10. XXII, 13. XXVI, 25. XXVIII, 18. coll. XXXV, 3. 7. Iob. I, 5. XLII, 8.*

DE IGNE RELIGIOSO

§. 5.

Instaurato denique per leges ceremoniales cultu leuitico sacrificia igne consumi ipse iussit Deus. Vnde a tempore *Mosis*, vsque ad vltima ecclesiae iudaicae secula, igne, qui sacrificia aboleret, Deum esse cultum, adeoque ignem fuisse religiosum, apparet. Quin tam in tabernaculo a *Mose* exstructo, quam templo Salomoneo ignem fuisse sacrum sempiternum, coelitus primum demissum, communis fere est sententia. Referunt Talmudistae ignem istum aeternum inter illa quinque, quae secundo templo defuerunt *m*), et Rabbinus de illo igne varia disputarunt, quae erudite et operose congescit *Iob. Buxtorfius F. n*). Interpretes christiani plerumque cum Iudaeis in eo consentiunt, quod ignis iste primum e coelo demissus perpetuo inextinctus seruatus fuerit *o*). Sed quid de hac thesi iudicandum sit, pro more suo satis solide docet S. R. D. *BAVMGARTEN p*).

§. 6.

Ritus Iudaeorum uberius hic explicare, cum fere omnes antiquitatum sacrarum scriptores hoc argumentum pertractarint, adeoque et de cultu Dei veri per ignem, et hinc de igne inter Iudaeos religioso egerint, fortassis superfluum esset. Quapropter tantum modo hoc unicum addere mihi liceat, hunc populum nimirum, eodem fere modo, quo vero Deo sacrificabat, et idolis sacrificasse permultis; ut adeo fere omnis cultus externus five veri five falsi Dei inter Iudaeos in consumptione ablatorum per ignem constiterit.

§. 7.

Inter gentiles eundem morem vigiisse, omnia antiquitatis, quae supersunt monumenta, aperte docent. Si vero omnes di-

ver-

m) vid. *Iob. Buxtorfium F.* in hist. arc. foed. cap. 21. p. 181.

n) in exercitat. ad historiam ignis sacri et coelestis, *Basil.* 1649. 4. p. 227-266. vid. et *Iam. Drusius* ad *Leuir.* IX, 24.

o) vid. *Sam. Bocharri* hierozoic. part. 1. lib. 2. c. 35. p. 361. edit. *Clod.*

p) in not. ad *algen. Welthistorie* tom. 3. §. 133. not. 71.

versarum gentium ritus inter se comparamus, duplicis potissimum generis error ex illis elucet. Aliae gentes ignem pro Deo habuerunt, eique cultum diuinum praestantur, seu tanquam Deum honore profectuti sunt, et quidem per ignem. Aliae gentes Deos quidem ab igne diversos sibi conceperunt, nihilo tamen fecius illos per ignem colendos esse duxerunt. Ad haec errorum classes tam et cultus solis inter plurimas gentes consuetus, et cultus ignis elementaris, quem vel tanquam domicilium, vel simulacrum Dei sibi repraesentarunt, quam cultus idolorum per sacrificia et victimas igne consumendas, referendus esse videtur. Quae singula brevibus dilucidata nobis ubique ignem et gentilibus religiosum manifestabunt.

§. 8.

Solis aliorumque siderum, cultum diuinum esse antiquissimum, et primam idololatriae speciem, satis notum est, atque demonstratum datum q). Credebantur enim sidera, quae sub nomine ignis coelestis antiquis venerunt, non solum Dei vel Deorum inferiorum domicilia; sed et singula Deitatis quoddam nomen habebantur r). Solem vero diuinum honorem postulare, multis communis fuit error gentibus. Varia quibus sol insignitus nomina, hoc evincunt. Sol aliis nominibus est *Apollo, Baal, Baccus, Belus, Chemoch, Chion, Hercules, Jupiter, Marnas, Mercurius, Milchon, Mithras, Moloch, Nergal, Ni-roch, Osiris, Phœbus, Rimmon, Serapis, etc.* observante *Joh. Alb. FABRICIO* s). Quae quamvis non omnimode sint certa, sed potius de quibusdam nominibus adhuc sub iudice lis sit, an iis sol insigniatur, nec ne; id tamen exinde iure concludi potest, solem a permultis ut Deum esse adoratum. Sic *Babylonii* solem Deum coluerunt nomine

A 3

Beli

q) vid. *Heidoggerum* l. c. tom. I. exercit. 8. §. 4. p. 162. *Buddeum* l. c. per. I. sect. 2. §. 12. p. 193. &c. *Arth. Youngii* *Vntersuchung abgört. Verderbn.* p. 20. &c.

r) *Algem. Weltbiss.* tom. 3. §. 576. not. 327.

s) *Bibliogr. antiquar.* c. 8. p. 250 edit. II.

Beli t). De Aegyptiis refert Diodorus Siculus, quod antiquissimi homines mundum supra se totiusque universi naturam contemplati, neque absque stupore admirati, existimaverint, duos esse Deos aeternos et primos, solem et lunam, quorum illum Osirim, hanc Isin appellarint u). Idem de eadem gente testatur Diogenes Laërtius, quod sol atque luna ipsis duo fuerint numina, quorum alterum Osiris, alterum Isis adpellatum sit x). Chaldaeorum idolum Nergal procul dubio sol fuit, nam vi vocis est lux versatilis y). Antiquos orientales et imprimis Sabaeos, cum asseclis Charanacis, Chaldaeis et Assyriis solem adorasse notum est. Multa de eorum rebus sacris refert Maimonides, z) quod nimirum tempore Abrahami ista secta Sabaeorum iam inualuerit, et nullum Deum praeter stellas, et maximum Deum solem, creatorem et rectorem mundi superioris ac inferioris, statuerit, et quae eiusdem sunt furfuris alia, de quibus et consulendus Job. Henr. HOTTINGERUS a). A Chaldaeis Persae sacra facere didicerunt. Quam vero gentem, non Deum verum in sole, sed solem tanquam Deum summumque numen adorasse, probat S. R. D. BAÜMGARTEN b), quamvis auctoribus Anglis, auctoritate eruditissimi Thomas HYDE c), ductis,

t) *Algem. Weltbist.* tom. 3. §. 738 not. 426.

u) Τες δὲ ἐν καθ' Ἀγυπτίον ἀνθρώποις το παλαιον γενομενος, ἀβλεψαντες εἰς τον κοσμον, και την των ἑλων φυσικη καταπλαγενηται, και θαυμασαντας, ὑπολαβεν εἶναι διο θεος αἰδιος τε και πρωτος, τον τε ἡλιον και σεληνην, αν τον μεν ὀσιριν, την δε ισιν ονομασα. *Diod. Sic. bibl. lib. 1. p. 10.*

x) Θεις δε εἰαι ἡλιον και σεληνην, τον μεν ὀσιριν, την δ' ισιν καλεμενην. *Diog. Laërt. præm.*

n. 7. p. 10. *Conf. algemeine Weltbist.* tom I. § 510. p. 428.

y) vid. *Heideggerum* I. c. part. 2. exercit. I. §. 37. p. 22. *Job. Leusdenium philolog. hebr. mixt. Diff.* 43. p. 300, edit. II.

z) *More nevoch.* part. 3. c. 29. p. 421. &c.

a) *hist. orient. lib. I. c. 8. p. 245* edit. 1660.

b) in not. ad *algem. Weltbist.* tom. 4. not. 78.

c) *historia religionis veterum persarum, eorumque magorum &c. Oxon. e theat. Sheldon, 1700.* 4. vid. *Bayle Wörterbuch* tom. 4. p. 569.

etis, *Persae* aliquo modo excusandi visi sint, exinde, quod sol tanquam symbolum ipsis fuerit, quo ad debitam Deo vero reverentiam exhibendam incitarentur *d*). Antiqui certe de ejusmodi erroris coloratione nihil sciverunt, sed cum *Persae* Deum *Mithren* invocarent, solem intellexerunt *e*). *Massagetae* quoque olim solem coluerunt, eique equos maclarunt *f*). Eodem modo *Julianum* apostatam solem sibi propitium reddidisse e *Cedreno* refert *Spencerus g*) et de *Persis* eadem tradit *Ovidius h*). *Israelitas* denique et soli diuinum honorem exhibuisse, cum in sacris literis ob cultum *Molochi*, qui aliis gentibus sol quoque fuit, reprehenduntur, probat *Spencerus i*). *Grotius* quidem per *Molochum*, *Saturnum* vult intelligi *k*), et *Job. LEUSDENIUS l*) *Molochum Martem* esse contendit exinde, quia sit *Persarum Mithras*, qui *Mars* fuerit. Sed quemadmodum *Leusdenius* hic levem erravit errorem, sic, quas pro sententia sua adduxit *Spencerus* rationes, maius pondus habent, quam quae pro contrario pugnant. Praeterea *Israelitae* etiam solis idola coluerunt, מלכא dicta, quae ab aliis pro templis igni et soli sacris habentur *m*).

§. 9.

Ad *graeos* transeo, quorum inter numina nec sol infimum occupat locum. *Apollo* ille poetarum inanis patronus, qui centu-

d) *algem. Weltbist.* tom. 4. §. 149. &c.

e) Ipse (*Darius*) -- solem *Mithren*, sacrumque & aeternum invocans ignem, ut illis dignam veteri gloria majorumque monumentis fortitudinem inspirarent.

Q. Currius lib. 4. c. 13.

f) *Algem. Weltbist.* tom. 4. §. 642.

g) de legib. hebr. ritualib. lib. 2. c. 15. p. 559. edit. 1705. 4.

h) Placat equo *Persis*, radiis hyperiona cinctum,

Ne detur celeri vicima tarda Deo.

Ovid. Fast. I, 385.

i) I. c. lib. 3. p. 806. conf. lib. 2. c. 10. p. 482.

k) ad Deut. XVIII, 10.

l) philolog. hebr. mixt. Diff. 42. p. 295.

m) vid. R. *Salomo* ad Levit. XXVI, 30. in bibl. *Buxtorf. Fagium & Drusum* in eund. loc. *Herr. Ainsworth* annot. upon. Levit. p. 170.

tum epithetis honoratur, Deus fuit celebratissimus, *græcis Φοιβος* dictus. Hunc non alium, quam solem fuisse, nos docet CICERO *n)*. Atque porro sol necessario numero Deorum adscribi debuit. Fuit enim secundum *Hesiodum o)* natus ex coelo, vel secundum alios filius *Hyperionis p)* vel secundum alios, alio ex patre divino genitus; *q)* quapropter ei, tanquam ex Deo nato, nam Dii tunc temporis sobolem procreare sciverunt, iure divinum honorem adscripserunt, ne filius patri sit longe inferior. Quanta vero religione olim cultus sit a *græcis*, ex fati unius *Anaxagoræ* apparet, qui ideo a *Cleone* publice impietatis accusabatur, quod solem candentem dixerat laminam ac penitus ignitam *r)*. Neque mirum est, quod in *Anaxagoram* tanti criminis reum, qui soli Deitatem rapere voluerit, acerbè animaduwerkerint iudices; nam *Philosophi* quoque tunc temporis docere solebant, *Solem et lunam et reliqua astræ esse Deos s)*, quod *Pythagoræ* dogma fuit.

§ 10.

Nec a Romanorum moribus alienum fuisse solem diuino honore mactare, templum probat, quod Romæ erectum fuit a *Lucio Domitio AURELIANO*, cuius mater antea sacerdotio solis functa erat.

Idem

n) Apollinis nomen est græcum, quem solem esse volunt: Dianam autem & lunam eandem esse putant, cum sol dictus sit, vel quia solus ex omnibus fideribus est tantus, vel quia, cum est exortus, obscuratis omnibus solus apparet. *Cic. N. D. lib. 2. c. 17. p. 1086. edit. Veeburg. 4.*

o) Theogon. p. 83.

p) - - - Quid nunc, Hyperione
nato

Forma colorque tibi, radiata-
que lumina profunt.
Ovid. Metam. lib. 4. 192.

q) Soles ipsi quam multi a the-

ologis proferuntur? unus eorum Jove natus, nepos Aetheris; alter Hyperione; tertius Vulcano, Nili filio; cujus urbem Aegyptii volunt esse eam, quae Heliopolis appellatur. *Cicero N. D. lib. 3. c. 21. p. 1117.*

r) δὲ Ἰὼν ἡλιον μύθρον ἐλεγε διαπυρον. *Diog. Laërt. lib. 2. c. 3. n. 9.*

s) ἡλιον τε καὶ σεληνην καὶ ἴσους ἀλλῆς ἀστέρους εἶναι οἶσθι. *Diog. Laërt. lib. 8. c. 1. n. 19. p. 894.*

Idem ille imperator etiam templum solis *Palmyrae* bello destructum reaedificari iussit, qua de re multa notatu digna refert *Baylius* v). Sed iam vivo *Heliogabalo* non solum templum sed et imaginem solis *Romae* fuisse, notum est. Atque ita fere ubique terrarum sol numen fuit hominum.

§. II.

Divinum soli exhibitum honorem, excipiat cultus divinus ignis elementaris. Hoc elementum imprimis orientalibus sacrum fuit. Antiquos *Chaldaeos* ignem habuisse ex nomine *Vr*, urbis eius regionis, quae nomen ab igne habet, subsumi potest u); id quod *Rabbini* subolevisse videntur, qui exinde fabulam de vivicomburii periculo *Abrahamo* imminenti finxerunt w). *Ninuro* ipsum huius idololatriae crassioris auctorem constituit auctoritate *Chronici Aloy. Heideggerus* x): sed *Nimrod* eius auctor est secundum *Huetium* y). *Persae* olim ignis nomen sanctissimum habuerunt z), et ne quidquam in honore exhibendo negligenteret, sacerdotes igniarios constituerunt, qui ignis sacri curam gererent a), qui itaque a munere, quod gerebant, *παρεδοι* dicti sunt. Hos, cum ad sacerdotium *Mithrae* initiarentur, per ignem transire, *δια πυρὸς παρελθεῖν* oportuisse, testis est *Suidas* b), quo ii, qui igni servirent, igne quoque sint februati. Pri-

- r) Wörterbuch, tom. I, p. 402. in thesaur. *menthen*, tom. I. p. 173. *Heideggerus* I, c. part. 2. exercit. 3. p. 406.
 u) vid. *Leusdenius* I. c. p. 300. §. 5. p. 53.
Saurinus bibl. Betracht. n. II. p. 299. x) I. c. part. 2. exercit. I. §. 37. p. 22.
 w) vid. *R. Salomo* ad Gen. XI, p. 28. *Maimonides* more nevoch. y) demonst. evang. prop. 4. p. 153.
 part. 3. c. 29. p. 421. & hilch. z) *algen. Weltbist.* tom. 4. p. 25. b. tom. I. *Abarbanel* in *parfch.* 151.
Noach, in *fin.* fol. 42. b. *Saurinus* a) *ibid.* §. 157.
 I. c. p. 30. *Joh. Christoph. Wagneri* b) vid. *Youngium* I. c. part. 2. c. 3. p. 340.
seilii foto p. 192. *Christi. Wagneri* c. 3. p. 340.
Diff. de Vr Chald. cap. I. Sect. I.

B

Primis temporibus ignis sacer in altaribus montium in cacuminibus erectis ali solebat. Sed quia adversae tempestates, Deum ignitum de throno deturbare poterant, sana ignidicata exstruere docuit Zoroaster *c*), quae *πυρραδεια*, *πυρεια*, et *πυρραδεια* vocata *πυρραδειςον* servarunt ab iniuriis tempestatum liberum. Zoroaster certe, ut ignis sacra stabilirentur, omnem movit lapidatione hinc et ab ipsis Arabibus laudatur propter templa eius persuasione exstructa et ignis sacra ordinata *d*) cuius laus et honos in aedificas eius redundat, qui exinde peculiare nomen sortiti sunt, atque Ghebri i. e. ignis adoratores vocantur *e*). Sacra vero, quae igni fiebant, potissimum in eo constiterunt, ut igne sacro ad februationem animos expiandi causa uterentur, qui mos ex antiquissimis seculis ad recentiora adhuc defluxit tempora *f*). Nec mirum, tam longo temporis tractu errorem istum non exolevisse; nam ex eiusmodi lustrationibus maxima expectabant commoda rei imprimis domesticae *g*). Porro ignis iste sacer atque religiosus aliis loco penatum fuit, alii in negotiis maximis, quo eo felicitus finirentur, ad ignem sacrum confugiebant *h*), alii in angustiis rerum sacrum aeternumque ignem invocabant *i*), ut opem ferret, cum pericula imminerent. Alios denique orientalis plagae inco-

c) *algem Weltbist.* tom. 4. §. 158.

d) *d'Herbelot* biblioth. orient. p. 530. 532. vid. & *Huetius* prop. 14. p. 156.

e) *Ghebr.* Mot persien qui signifie particulierement un Zoroastrien, un adoreur du feu, & celui enfin qui fait profession de l'ancienne religion des Peres. *d'Herbelot* p. 385.

f) Ante singula sana campus magnus & latus est, in quo ingens ignis omnibus diebus ardet, quem ipsi Eltiotha vocant; solent autem filios suos per hunc ignem trans-

mittere expiandi causa. *R. Benjamin Tadel.* itinerar. p. 95. edit. *Ariae Montan.*

g) Publicarunt & sparserunt cultores ignis omnes eius liberos morituros, qui filium aut filiam suam per ignem non traduxerit. *Maimonides* more nevoch. part. 3. c. 37. p. 448.

h) Ignis, quem ipsi (Persae) sacrum & aeternum vocabant, argenteis altaribus praeferebatur. *Q. Curtius* lib. 3. c. 3.

i) vid. *Curtius* lib. 4. c. 13.

incolas idem de igne sensisse, exinde, quod *Zoroastri* discipuli *Magorum* nomen erat, rebus sacris fere ubique praeesse caeperint, facile coniecti potest. Quo factum est, ut idem cultus externus, quem *Zoroaster* docuerat, ubique publice introduceretur.

§. 12.

Iudaei, quamvis legibus diuinis sacris summo Deo faciendis adstricti essent; in idem tamen genus idololatriae seu potius *σοιζολατριας* inciderunt, ut imitando populorum, quorum fines attingebant, mores, ignem pro numine haberent. Nam ubi locorum שמש seu simulacra solis erant, ibi etiam ignem sacrum alebant, quapropter et *Grotius* k) suspicatur, שמש non simulacra, sed loca igni sacro dicata fuisse. Praeterea cum *Iudaei* ab *Ammonitis* *Moloch* filios immolare didicissent, et lustrandi ritum

per ignem apud exterarum gentes usitatum, imitatos esse, a vero haud abhorrere videntur. Describit modum lustrandi per ignem *R. Salomo* l); et *Abensfra* m), esse adhuc inter *Iudaeos* gentes, qui ignem colunt, nos certiores facit. Communis fere huius gentis est opinio, infantes non esse *Moloch* immolatos, sed tantum idolo publice dicatos traducendo per ignem, per manum et parentis ipsius et sacerdotis idoli, quemadmodum *Maimonides* hunc modum exponit n). Sed reuera infantes esse concrematos maiori nititur fundamento o), et *Fl. Iosephi* ad sensum comprobatur, qui de Rege *Achas* refert, quod deastris in solidum sacrificium immolauerit filium suum p). Verum et exultatio atque

B 2 lustra-

k) ad Levit. XXVI, 30.

l) faciebat aliquis rogos hinc & inde, atque traducebat filium inter ambos. *R. Salom.* ad Deut. XVIII, 10.

m) ad Deuteron. XVIII, 10.

n) hilch. auod. cochab. vemassal. cap. 6. §. 3. fol. 32. a. tom. I. *Jad chaff.*o) vid. *Buddem* l. c. per. 2. sect.I. §. 36. p. 608. *Leusdenius*, l. c. *Diff.* 42. p. 297. *Valent. Gressingii* *Diff.* de immolatione liberorum *Moloch* facta, sect. 3. §. 5. in thesaur. *mentheii*, tom. I. p. 332.p) *Ἰωάννης εἰδωλοῖς ἰδίων ἀλοκαυτῶσε παῖδα κατὰ τὰ χαναναίων ἔθνη.* *Ioseph.* antiquit. lib. 9. c. 12. tom. I. p. 502. edit. *Havercamp.*

lustratio infantum per ignem commode coniungi potest q), adeoque satis bene *Henr. AINSWORTH* ad verba *Deuter. XVIII, 10. transiro faciat per ignem*, annotavit, siue ut cremaretur, siue ad minimum, ut consecraretur hoc signo idolo, et inprimis Molocho r). Ex quibus omnibus denique Iudaeos etiam igni diuinum habuisse honorem, concludere mihi liceat.

§. 13.

Ab orientalibus procul dubio ignis sacer sempiternusque ad Graecos transit. Erat inprimis *Athenis* locus publicus vel domus magna *πρυτανειον* prytaneum dicta, in qua Prytanes federe solebant, penes quos erat rerum omnium administratio. Nomen C. *Sykefus* s) a Chaldaeorum 𐤒𐤍𐤏𐤍 deriuari cupit; Aliis a *πυρος* *Jaueion* promptuarium ignis, aliis a *πυρ* *Jaueion*, tritici promptuarium deriuatur t). Aliae vrbes Graeciae similem domum in muris suis continuerunt; sed atticum prytaneum exacte describit *Iob. MEYRSIVS* u), ex cuius relatione hic pauca delibare liceat. Exstructum erat prytaneum a *Thesoo* cum *Athenas* ordinaret, ut instar curiae sit ciuitatum Graeciae, sed belli peloponnesiaci anno sexto terrae motu euersum est. Statuae in prytaneo erectae erant statuae *Pacis*, *Vestae*, *Autolici*, aliorumque nonnullorum, optime de rebus publicis meritorem. Seruabatur in prytaneo ignis inextinctus, sempiternus, religiosus, quo statuae *Vestae* honor exhibeatur conuenientissimus: De quo *Pollucis* locum notauit: *Vestam vero maxime proprie appellaueris eam, quae in prytaneo est, ad quam ignis inextinctus accenditur* w). Existat

de

q) vid. *Grotium* ad *Deuteron. XVIII, 10.* & *Spencerum* lib. 2. c. 10. p. 470. &c.

r) So to burne them, or at least to consecrate them by this signe upon idols, and in speciall unto Molech, *Henr. Ainsworth* annot. upon *Deuteron. p. 71.*

s) essay on the natur &c. p. 345.

t) vid. *I. M. Geseri* linguae lat. thesaur. tom. 3. p. 1155,

u) in athenis atticis, lib. I. c. 8. p. 48. &c.

w) Ἐστὶν δὲ πυρῶτατα καλῶς τὴν ἐν πρυτανείῳ, ἐφ' ἧς τὸ πῦρ ἀσβεστον ἀναπτέται, *Pollux.* lib. I. c. I. apud *Meyersium* p. 53.

de eodem argumento *Ezech.* SPANHEMII diatriba x), quam mihi vero consulere haud licuit. *Vestam* Deam quod attinet, eam graecis fuisse Deam ignis, cuius omnis vis ad aras et focos pertinuerit, nos docet CICERO y). Mira porro sunt, quae de igne sacro finxerunt graeci; e. g. in *Macedonia* Regi *Seleuco* paternam aram magno igne fulsisse, et ligna imposita sine igne accensa fuisse; in *Lydiae* urbibus e lignis arae impositis, nullo igne admoto, purissimam emicasse flammam, et quae sunt eiusdem generis alia z); quae omnia, graecos igni aliquid diuini inesse credidisse, satis euincunt. Quo errore ducti res magni momenti non sine igne aggressi sunt. Sic in aciem egredientes agmina praecedebat *πυρφορος*, ignis sacerdos, cuius munus domi erat, ignem in aris accendere a); nouiter nuptis antiqua consuetudine ignis accendebatur b); et funeribus faces praefere moris erat c).

§. 14.

Romani quemadmodum a graecis varias mutuo sumserunt leges, sic et ab iisdem doctoribus varios Deos Deasue colere didicerunt, eamque ob causam Dea *Vesta*, e Graecia oriunda, diuinis romanorum numinibus accessit. Fuit vel mater *saturni*, seu terrae, nomenque habet a *vi* et *stare* d), vel filia eiusdem *saturni*,

B 3

x) De nummo Smyrnaeorum, seu de *Vesta* & *Prytanibus* Graecorum diatriba. 1672. & recus. tom. 5. antiquit. Rom. *Graevii*.

y) *Vestae* nomen a graecis: ea est enim, quae ab illis *ἑστία* dicitur, vis autem ejus ad aras & focos pertinet, itaque in ea dea, quae est rerum cultos intimarum, omnis & precatio & sacrificatio est extrema. *Cic.* N. D. lib. 2. c. 27. p. 1086.

z) vid. *Bocharti* hieroz. part. I.

lib. 2. c. 35. p. 363. *Huetius* l. c. p. 157. sq.

a) vid. *Pfeifferi* antiq. graec. lib. 3. c. 24. p. 555. & lib. I. c. 27. p. 49.

b) id. ibid. lib. 4. c. 15. p. 645.

c) - & de more vetusto Funereas rapuere faces, lucet vix longo

Ordine flammarum.

Virgil. *Aeneid.* lib. XI.

d) Stat vi terra sua, vi stando *Vesta* vocatur.

Ovid. *Fast.* 6, 299.

turni, et viua flamma e). Nomen huius Deae, quod Cl. Sykes, f) ab haebreorum **VN** deriuat, a Cicerone vero *graccum* dicitur, a graecis ad romanos Deam transiisse probat; nihilo tamen fecius *Virgilius* per *troianos* illam in *Italiam* introducit g) *Publice Numa* primus eam coli iussit, sacrumque *vestalium*, ordinem instituit h), quae *Vestales* dictae virgines custodiae ignis sempiterni in foco publico et sacris Deae *Vestae* praefuerunt i). Vberius huius Deae cultum descripsit praeter **SPANHEMIVM**, *Iust. LISIVS* k), qui plura cupienti adeundus est. Quemadmodum denique *Graeci* igni sacro diuinam adscripserunt originem, sic et *Romanis* vel coelo est dimissus, vel fulmine accensus, vel e terra aut altari profiliit ignis religiosus l). Pertinent huc quoque, quae de igne miraculoso *Egnatiae* fabulari sunt, quorum ridet **HORATIVS** m) et de quibus multa congeffit **P. BAYLIVS** n).

§. 15.

e) Nec tu aliud Vestam, quam
vivam intellige flammam,
Nataque de flamma corpora
nulla vides.

id. ibid., 6, 291.

f) loc. cit. p. 344.

g) - manibus virtas, Vestam-
que potentem
Aeternumque aditis effert pene-
tralibus ignem.

Virgil. Aeneid. lib. II.

h) *Livius* lib. I. c. 20.

i) Virgines Vestales in vrbe custodiunt ignem foci publici sempiternum. *Cicero* de legib. lib. 2. c. 8. p. 1213. Cumque Vestae, quasi focus vrbs, vt graeco nomine est appellata (quod nos prope idem graecum interpretatum nomen tenemus) consecrata sit; ei colendae virgines praesint, vt aduigiletur facilius ad custodiam ignis, *id. ibid.* c. 12. p. 1216.

k) de Vestae et vestalibus syntagma, 1603. 4. et recus. tom. 5, antiquit. roman. *Graevii*.

l) - - qui foedera fulmine
fancit.

Virg. Aeneid. lib. XII.

Adspice corripuit tremulis altaria flammis

Sponte sua - - cinis ipse.

id. Eclog. 8.

Maximae Virginis Aemiliae discipulam, extincto igne, tutam ab omni reprehensione Vestae numen praestitit; qua adorante cum Carbasum, quam optimam habebat, foculo imposuit, subito ignis emicuit. *Valer. Max.* lib. I. c. I. p. 6.

m) - - dehinc Gratia lymphis
Iratris exstructa dedit risulque
iocosque

Dum flamma sine, thura liquefcere limine sacro

Persuadere cupit. Credat ludaeus apella,

Non ego, namque Deos didici
securum agere aevum.

Horat. Sermon. lib. I. sat. 5. in fin.

n) *Wörterbuch*, art. *Egnatia*, tom. 2. p. 367.

§. 15.

Restat ultimum euincendum, gentiles olim Deos per ignem, sacrificia oblata nimirum consumentem, coluisse. Sed quare hoc exemplis probem, non video, cum hoc cultus diuini genus sit notissimum. Describunt antiquitatum profanarum scriptores altaria omnium gentium igne sacrificiorum fumantia. Sacrificauit, mactauit, igne cremauit *Chaldaeus, Babylonius, Persa, Aegyptius, Graecus, Romanus*, et qui sunt reliqui. Omnes Deos suos per ignem coluerunt, et ignis Deorum in honorem consumpsit oblata. Ergo omnibus antiquis ignis fuit religiosus.

§. 16.

Explicatis haecenus, quae mihi de igne religioso apud varias gentes obseruanda visa sunt; unde ignis religiosi usus originem suam traxerit, iam erit inquirendum. Cum sacrificia primum a Deo sint instituta, tum ad repraesentandum redemptorem generis humani, tum ad exprimendam poenae ab hominibus promeritae grauitatem o); *Abel et Cainus* primi sacrificantes res sacras facere a Deo didicerunt. Verum utrum Deus iis praeciperit, ignem mactatis accendere, et oblata igne apposito concremare, an vero sibi seruauerit, per *εμπυρατισμιν* oblata consumere, ab utraque parte disputatur. Posterius plurimis eruditis verisimillimum visum est p), qui ex antiquis permultos habent consentientes, nam et *Theodotion* vocem *πυρ* et adspexit, vertit *εμπυρατισμιν*, inflammauit: Quapropter et *Iudaei* interdum existimarunt, quodlibet Deo gratum sacrificium igne coelitus demisso con-

o) vid. *Dist. meam de sacrificiorum fine et natura*, adhaerentem *G. Bensonii* comment. ad 1 Joh. 5. 7. *Halae* 1751. 4.

p) Vid. *R. Salomo et Abenesra* ad *Gen. IV. 4.* *Abarbanel* in *parfch.*

beresch. fol. 30. col. 2. *Fagius* ad *Gen. IV. 4.* *Heur. Answerb* anno, p. 21. 22. *Heideggerus* l. c. part. 1. exercit. 5. §. 23. p. 121. *Buddens* l. c. tom. I. per. I. sect. 1. §. 31. p. 119. *Buxtorfius* *hist. ign. sacr. c. I.* p. 228.

consumi debere *q*). Exempla sane permulta *r*) satis euincunt, *ἐμπυρασμον*, seu accensionem sacrificiorum per ignem *ἐνανοπή* sacrificii esse signum beneplaciti diuini. Eodem ergo signo *Abeli*, oblata Deo esse grata testatum dari potuit. Attamen sunt nonnulli Viri eruditi, qui nihil hic definiunt, vt *Lud. CAPELLVS* *s*), *SPENCERVS* *t*) et *SYKESIVS* *u*), quibus quam lubentissime accedo, in medio relinquens, vtrum Deus, an sacrificantes oblati ignem admouerint. Hoc vero mihi prebandum sumo, *Abelem* et *Cainum* iam ante sciuisse, Deo oblata igne esse consumenda, quam se ad offerendum adinixerunt. Nam 1) ad naturam sacrificii et ipsam eius notionem requiritur non solum mactatio viuientis, et oblatio mactati, sed oblata in honorem Dei consumtio. Cum itaque Deus *Abelem* et *Cainum* ipse docuit sacrificare, procul dubio et iis notum fecit, mactata igne esse consumenda, nam alias non integrum iis manifestasset sacrificiorum mysterium. 2) *Abel* et *Cainus* Deo quaedam offerre haud potuissent, nisi sciuisent, fore, vt oblata igne consumerentur. Quaecunque enim habebant, Dei erant, cuius in omnia dominium non ignorabant; et Deum vbique esse, aequae notum erat. Quid igitur opus fuit, offerenda in certum locum, qui ipsis loco altaris fuit, congerere? Quid prodesse poterat oblatio Deo facta, nisi oblata in eius peculiare dominium transirent? Iam vero si igne non destruerentur, hominum subiecta manserunt dominio, vel a bestiiis rapi poterunt; adeoque Deo dicatum aliorum vsui inferuire potuit. Quod cum sit irreligiosum: Sequitur hos fratres vtique sciuisse sacrificia igne esse concremanda. 3) Si Deus in ipsa sacrificiorum institutione homines non iussit ignem victimis adponere, vel Deus alio tempore hoc reuelauit, vel homines sua sponte *ἐμπυρασμον* frustra expectantes, ignem adiecerunt; nam de *Abrahamo* scimus, quod ipse ignem portarit ad immolandum filium

q) *Cofri*, part. 3. §. 53. P. 233.
edit. *Buxtorf*.

r) *Leuit. XIX. Iudic VI. 1. Chron. XXI. 2. Chron. VII. 1. Reg. XVIII.*

s) *Comment. in genef. p. 333*
opp. *Capell*.

t) *l. c. lib. 3. c. 4. p. 988.*

u) *l. c. p. 338.*

lium *Isaac* w), qui alioquin maximam habuisset rationem ignem e coelo expectandi. Sed non posterius, quia tunc pars essentialis huius ritus sacri ab hominum arbitrio penderet. Non prius, quia citra omne fundamentum iteratae reuelationes diuinae concipi deberent, ad id, quod vnica effici poterat, efficiendum. Ergo Deus in ipsa sacrificiorum institutione, ignis vsum sacrum praecepit.

§. 17.

Cum itaque, Deum usum ipsis praecepisse hominibus, evitatum sit, non abs re erit disquirere, quam ob causam Deus mactata non solum offerre sed et igne cremari voluerit? Cuius rationes potissimum sequentes esse videntur. 1) Cum post mactationem aut oblationem carnes aliaque edulia, Deo dicatae, tum vel ab hominibus vel bestiis aut devorari aut in alium vsum converti potuissent, tum etiamsi intactae manerent putrefactae taedium aliis et ἀποροπιασιν moturae fuissent; Deus tum huc incommodo non meliori modo obuiam ire potuit, quam si oblata penitus consumi iuberet; quod alio elemento, quam igne fieri haud potuit, qui et minutissimas rei partes dissolvit; tum ius suum speciale in oblata non clariori modo exercere potuit, quam si concremationem mandaret. 2) Ignis est irae divinae symbolum commodissimum, et saepissime in sacris literis irae et vindictae gravitatem exprimit x). Ergo Deus hoc instituto significare voluit, iram esse in peccatores gravissimam; peccatorem maximam afflictionem pati debuisse propter praevagationes commissas; Deum solum habere ius peccata puniendi severissime et sibi vindictam servasse; satisfactorem vicarium per sacrificia adumbratum gravissimas hominum loco pati poenas atque a Deo iudice iure puniri.

3) Ig:

w) *Genes.* XXII, 16.x) *Genes.* XIX, 24. *Deut.* XXXII,22. *Levit.* X, 2. *Num.* XI, 1. *Jerem.* XV, 14. XVII, 4. *Jesai* XXXIII, 14.

3) Ignis, quaecunque ipsi traduntur, penitus consumit, ita ut res concrematae conspectui hominum aufugiant. Suppeditat ergo veritates gravissimas et dari coram Deo plenariam omnium peccatorum abolitionem, remissionemque esse parabilem; et satisfactionem redemptoris esse ex omni parte sufficientem, 4) Ignis ardendo destruit, et reficit. Repraesentat itaque Deum אֵל שַׁדַּי, cui sint vires sufficientes tum ad omnia destruenda, quaecunque unquam creavit, tum ad omnia sustentanda atque conservanda, quae manus produxerunt omnipotentes. 5) Denique ignis saepissime est symbolum praesentiae divinae 3), adeoque per ignem Deus significari voluit, se praesentem fore iis, qui rebus sacris animum intendunt, supplicesque eum in fide in satisfactorem adorant. Aliae fortassis addi possent adhuc rationes, sed, quas exhibui, mihi caeteris palmam praeripere videntur.

§. 18.

Quibus praemissis facile erit diiudicatu, quid de origine ignis religiosi inter patriarchas, quam nobis sistit Cl. SYKESIUS, sentiendum sit. Vir iste πολυμαθης et παραδοξοφιλος sacrificia esse merum inventum humanum, et aepulas amicitiae Deum inter et homines, seu conuiuium foederale Dei cum hominibus, adstruere conatur integro libro suo, cuius palmaria argumenta nuper sub examen vocavi 2). Quo vero modum exponere queat, quo homines eo delapsi sint, ut Dei portionem igne cremaverint, sequentem in modum, ut verba eius brevius exhibeam, cogitata profert 1): Deus hominibus se manifestans, sive ut iratum, sive ut benignum, in gloria atque splendore visus est, cuius exempla existant *Exod. XIX, 18. Deut. IV, 12. Exod. III, 3.* Hoc videretur nonnullis antiquis occasionem dedisse sibi imaginan-

1) *Genes. XV, 17. Exod. III, 2. XIII, 21. 22. XIX, 18. Deut. IV, 12.*

2) vid. *Diss. meam de sacrific. fine & natura.*

a) *Essay on the nature, design and origin of sacrifices p. 337. &c.*

nandi, Deum in igne habere. Ex hoc fonte *per se* hauserunt cultum ignis divinum, a quibus idem cultus ignis, qui *Vesta* dictus est, ad *græcos* et *italos* transit. Quibus præmissis tandem pergit: *Cum itaque sibi persuaderent, Deum apparere et habitare in igne, eadem opinio ubique disseminata est, atque universalem invenit assensum. Primum itaque, non sese omnino sefellerunt, cum crederent, amicitiam cum Deo eodem modo esse stabilendam, quo mutuam confirmarent amicitiam; atque porro cum Deum viderent in igne apparere iis, quorum conspectui se sistit, et de eiusmodi apparitionibus alios certiores facerent; exinde Deum in igne habitantem sibi conceperunt; exinde porro portionem, quam ei destinaverant cibi et potus in igne ei exhibuerunt edendam atque bibendam b). Verum quæ hanc spuriam atque fictitiam ignis religiosi originem destruant, sunt sequentia. 1) In sacris litteris ne vestigium de eo occurrit quidem minimum, quod Deus iam ante peractum primum sacrificium in igne apparuerit primis fratribus. Nunquam itaque probari potest, *Abelem* et *Cainum* dicto modo eo delabi potuisse, ut igni Deo destinata traderent, Vnde cognoverunt, Deo non displicere, si id quod Deo sacrarant, igne ipsi perderent? Munera certe amico data, accipientis voluntati sunt committenda, sed non pro lubitu destruenda ab ipso datore. 2) Error iste, Deum in igne habitare, seu ignem Deo esse gratissimum elementum, primis sacrificantibus adscribi haud potest. Tres tandemmodo erant in omni mundo mares, num hos iam tunc temporis tam immanis error, invasit? Vbi sunt indicia, quæ illos hu-*

C 2

ius

b) God then being wont to appear in Fire, and being conceived to dwell in Fire, the Notion spread universally and was universally admitted. First then, it was not at all out of the way to think of engaging in Friendship with God by the same means as they contracted Friendship with one another: and since they to

whom God appeared, saw him appear in Fire, and they acquainted others with such his appearances, hence he was conceived to dwell in Fire; and hence it was, that they gave to him his share or portion of Meat and Drink in the Fire. *Sykes*, l. c. p. 345.

ius erroris reos sistunt? Dicis: ipsum sacrificium satis esse indicium? Annon demonstrandum praesupponis? Aderat Pater *Adamus*, qui procul dubio filios suos ab eiusmodi erroribus tutos praefecit. Quodsi itaque *Abel* et *Cainus* tantos errores fouere non potuerunt, nec errore ducti sacrificarunt. 3) Si sacrificia imitantur mores veterum amicitias conciliandi, unde hunc morem voverunt *Abel* et *Cainus*? Nemo adfuit cum quo aut foedera pangere, aut amicitias inire potuerunt. Adfuit quidem pater, sed erga hunc non iura amicitiae sed pietatis erant observanda. Et etiamsi cum patre rediissent in gratiam, unde probari poterit, iisdem hoc ritibus factum esse, quos posterior aetas excogitavit? 4) Cum sacrificia neque sint ritus foederales, neque aepulae amicitiae, et in praemissis falsum later. 5) Quae Cl. A. tradit, aliquid valent, si et post multa demum secula sacrificia inventa essent, et inuentores iam veri Dei cognitionem amisissent. Cum vero hoc utrumque falsum sit, longissime a vero aberrant eiusmodi excogitata. 6) *Vestam* denique ex apparitionibus Dei in igne derivatam quod attinet, non nouum est carmen. Ordinem Vestalium ab ipsa *Eua* esse institutum, ad conservandum ignem inextinctum, qui de coelo in *Abelis* sacrificium demissus est, iam olim hominis luxuriantis ingenii figmentum fuit, qui ignem istam *Vestam*, seu flammam Dei vocauit *e*). Parum sane, me iudice, differt, si *Vestam* vel ab apparitionibus Dei ignitis in uniuersum, vel a certa et determinata apparitione deriuare velis. Quae cum denique ita sint, prima ignis religiosi origo erit divina.

§. 19.

Gentilium sacra^a plerumque a Iudaeis mutuo esse sumta creduntur, id quo de ritu Deo vel Diis aliquid offerendi et oblata igne concremandi, est verissimum. Dei enim veri cultores iam sacrificarunt prius, quam nequam idololatria mundum inuafit. Impii antequam se a piis separarunt eiusdem familiae eiusdem-

e) *Saint Romuald*, abregé du thresor Chronol. apud *Baylium* tom. 2. P. 449.

demque ecclesiae fuerunt cum piis: mos ergo Deo sacrificandi semper iis fuit familiaris et notus. Adeoque cum primum a vero aberrare coeperunt, fratres Deum sacrificiis colere, non ignorarunt. Atque ita factum est, ut mos ille externus inter gentes feruaretur etiamsi vera Dei cognitio exulare coeperit. Verum omnes gentium ritus deprauatos esse Israëlitarum mores affirmare non audeo, quia parum vel nihil commune habent, quapropter et solis et ignis cultus religiosus ex aliis fontibus derivandus esse videtur.

§. 20.

Vnde gentes didicerint, ignem ut Deum, vel Deum in igne colere, aut ignem pro simbolo summi Numinis habere, nos docet idem Cl. SYKESIUS ingeniose excogitatis, inquit: Cum itaque se Deus primo conspectui hominum exhibuisset, in gloria, aut quod idem est in luce vel igne, atque saepissime, sibi placere sacrificia, igne illa consumendo, testatus esset; inde gentes orientales et imprimis *Persae* inciderunt in cultum diuinum ignis ipsius, aut potius ignem praesentiae divinae symbolum esse sibi imaginati sunt, atque sic Deum in igne, aut per ignem coluerunt *d*). Quae quamvis ingeniosa sunt, atque non impossibilia, an vero omne ferant punctum, atque eam sistant ignis religiosi originem, ex qua id genus idololatriae commode explicari possit, haud video. Primo unde *Persae* aliaeque gentes sciverunt, Deum in igne apparere Cl. Auctor indicare noluist, quod tamen utique exponendum fuisset. Sciverunt hoc vel ex traditione aliorum hominum, qui Deum in igne viderunt, aut Deus iis ipsis in igne apparuit. Si posterius, ubi sunt rationes

C 3

pro-

d) The first appearances of God then being in Glory, or which is the same thing, in Light, or Fire; and he shewing his Acceptance of Sacrifices in so many instances by consuming them with Fire, hence it was that the Eastern peo-

ple and particularly the Persians fell into the Worship of Fire itself, or rather they conceived Fire to be the Symbol of God's presence, and they worshipped God in or by Fire. *Sykes* l. c. p. 339.

probantes? si prius quare *Persae*, cum audirent Deum in igne apparere, non eodem tempore audire potuerunt, Deum non esse in igne, sed ignem ipsum? Quid illos prohibuit, quo minus sibi eadem via, qua hoc cognoverunt, veram Dei cognitionem acquirerent? Porre origo cultus solis ex hoc invento deduci nequit: nam qui Deum in igne apparere sciverunt, nunquam solem esse istum Deum, sibi persuadere potuerunt. Orientales denique ignem non pro simbolo praesentiae diuinæ habuerunt, sed ignem Deum ipsum esse credidere: id quod iis, quae Cl. A. proposuit plane contradicit. Nunquam enim ignem Deum esse credidissent, si Deum tantum in igne habitare edocti fuissent. Aliam itaque huius idololatriæ causam atque originem esse, ex hisce consequitur.

§. 21.

Cum duplex sit ignis, quem veteres adorarunt, et coelestis, seu sol, et elementaris, quem vsus vitae requirit; in duo merito abeat huius originis disquisitio; adeoque vnde solem Deum esse, didicerint veteres, mihi erit disquirendum. Quod stellas olim et inprimis solem tanquam mediatores Deum inter et hominem considerarint antiqui, eruditissimorum quidem *Anglorum* assensum nactum est e); sed in iis, quae de antiquis dogmatibus nobis supersunt monumenta, fundamenti parum habet, quantum errorem colorare, eique aliquam speciem conciliare possit f). Quae vero *Maimonides* nobis tradit, meliori modo huius erroris originem exponunt; cuius verba latine versa hic tantum exhibere liceat. Dicit ille g): *In diebus Enochi homines in ingentem inciderunt errorem, et sapientia sapientum eius seculi in stultitiam abiit, et Enochus ipse e grege errantium fuit. Ecce vero errorum: Dixerunt homines, creavit Deus stellas et orbis ad regendum mundum*

e) *Algem. Weltbist.* tom, 3. §. 726
vid. & *Youngium* l. c. p. 21.

f) vid. S. R. D. *Baumgarten* not.
ad *algem. Weltbist.* tom, 3. not.
421.

g) *Jad. Chass. hilch. avod. co-*
chab. vemass. c. 1. ab init. tom.
I. fol. 25. a. edit. Venet. 1574.
fol,

dum, quos in sublimi locatos gloriae participes fecit. Sunt itaque ministri Dei, meritoque extollendi laudandi et honore colendi. Est enim voluntas Dei benedicti, ut illi magni habeantur et laudentur, quos ipse magni fecit et honoravit; quemadmodum rex vult ministros magni haberi, quia bonos his habitus in regem ipsum redundat. Qua persuasione homines moti sese determinarunt ad aedificandum stellis templa, et, quemadmodum hoc ulterius profequitur auctor, ad quouis modo colendum per sacrificia aliosque ritus. Quae quamvis errorem istum, fere omnibus huius gentis communem, ex mala relationis Mosatacae h) interpretatione ortum, quod tempore Enochii progeminare coeperit idololatria, praemittat relatio, fide tamen digna erit, quod caetera attinet, si antiquitati consentit. Duo sunt, quae MAIMONIDES antiquis adscribit; primum quod illas diuino honore dignas iudicariint. Posterior ex priori sua sponte fluit; prius ergo euincendum erit. Obseruo itaque i) antiquos homines astronomiae multam operam dedisse. Commode id fieri potuit propter longaeuitatem hominum, qua multas sphaerarum mutationes obseruare potuerunt; quin, et fieri debuit; nam mutationes cursus solis et siderum tum fundamenta omnis chronologiae, tum actionum disponendarum rationes, tum & iterum ἰσογῆσαι fuerunt. Necessitate itaque coacti antiqui fidera cursumque illorum obseruarunt. Nec detunt antiquitatis monumenta, quae idem testantur. Iosephus de Scythiis refert, quod sapientiam circa coelestia et eorum ornatum excogitauerint, atque columnis duabus exstructis inuenta utriusque inscripserint i). Et quamuis parum fidei tribuam iis, quae de columnis Scythorum re-
rulerunt veteres k), librosque de Astronomia Patriarchis adscri-

h) Genes. IV, 26.

i) Σοφίαν τε τὴν περὶ τὰ ἀσ-
τρονομία καὶ τὴν τῶν διακοσμητικῶν
ἐπινοήσαν. - - - ἑξήκων δύο
πονησάμενοι - - - ἀμφοτέρως

ἠνεγράψαν τὰ εὐρηγμένα. Ioseph.
antiq. lib. I. c. 2. p. 11.

k) vid. Sainjore I. Rich. Simon.
biblioth. crit. tom. 2. chap. 23.
p. 341. 349. Huetius demonstr.
evang. prop. 4. p. 97. Heidegger
1718

ptos pro suppositiis habeam *l*); ex communi tamen antiquorum de his monumentis traditione hoc concludi potest, Patriarchas aliosque illorum temporum viros cognitioni fiderum multam impendisse operam. Vestigia huius traditionis inuenimus apud eundem *Iosephum*, qui *Abrahamum* arithmetica et astronomiam *Aegyptios* docuisse refert *m*). Obseruo 2) *stellas* et orbis regere mundum seu res terrenas, antiquissimum etiam dogma fuisse. Hoc opiniones veterum variae de mundi et stellarum natura testantur. Per multum mundum esse animatum docuerunt *n*). *PLATO* mundum animantem dixit, quia sua sponte mouetur *o*). *THALES MILESIUS*, mundum animantem et daemonibus plenum statuit *p*). *PLUTARCHO* sol animans esse videtur *q*). Ipse *MAIMONIDES*; quem permultos et imprimis omnes de idololatria auctores antiquos, legisse testatur *BVKTORFIUS r*), omnino stellis animam notitiam atque sapientiam adscribit *s*), in quo cum multis gentis suae consentit *t*). Obseruo 3) antiquos *stellas*, postquam animas acceperant, non otiosas esse fuisse. Praefuerunt stellae regimini totius vniuersi, ita ut et propensiones animi promouerent *u*). Ipse *MAIMONIDES* ex scriptis philoso-

pho-
rus I. c. tom. I. exercit. 12. §. 3. p. 207. & exerc. 16. §. 37. p. 315. *Buddae* hist. eccles. tom. I. p. 127. & introd. in philof. hebr. §. 3. p. 9. edit. 1720. *Fab. Alb. Fabricius* cod. pseud. V. T. tom. I. p. 148. tom. 2. p. 51. *Algem. Weltbist.* tom. I. §. 189. *Thom. Bangius* coel. orient. exercit. I. cap. 4. p. 11. & c.

l) vid. *Fabricium* I. c. tom. I. p. 152. 350. 203. 363. 309.

m) την τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεται καὶ τὰ περὶ ἀστρονομίαν παραδίδωσι. *Ioseph.* ibid. lib. I. cap. 8. p. 30.

n) vid. *Baylii Wörterbuch* tom. 4. p. 263. *Plutarchum* de placit.

philof. lib. 2. c. 3. *Buddae* hist. eccles. per. 1. sect. 2. p. 196.

o) *Cicero* N. D. lib. 2. c. 12. p. 1078.

p) Ἰν κίσμα·ν ἐμφύζον καὶ δαιμονων πληρη. *Laert.* lib. 1. c. 1. n. 6. p. 26.

q) de placit. philof. lib. 1. pro oem

r) praefat. ad more nevoch. p. 10.

s) fundam. legis. c. 3. §. 11. p. 33.

t) vid. *Guil. Vorstium* ad *Maimon.* fundam. leg. p. 34.

u) *Cicero* de Fato c. 4 et 5. p. 1184.

phorum hoc probat. *Notum est*, inquit ille, *Philosophos omnes, quotiescunque loquuntur de regimine et gubernatione mundi, statuere mundum inferiorem - - - regi a virtutibus et influentiis sphaerarum coelestium w)*. Profert hoc ex Philosophorum scriptis, quae ipsi fuerunt maxime familiaria. Obseruo 4.) ex antiquis permultos stellas Deos Deasue inferiores nuncupasse. Cum enim mundi fabricam interpretari vellent, mentem aliquam omnia formantem, vel *πρωτοίαν* aliquam, vel Deum aliquem summum in subsidium vocare consueuerant; rebus vero sublunariis sidera praefecta erant. Quae singula si pensitamus, vtiq; probabilis est *ΜΑΙΜΟΝΙΔΙΣ* de cultus stellarum origine coniectura. Cum enim homines sibi persuaderent, sidera, et illorum maximum, solem, qui astrorum obtinet principatum, res sublunares regere; cum porro viderent, quam multa commoda iis ipsis per sidera imperirentur, adeoque sese praestarent fontes salutis et featurigines beneficiorum; facillime eo delapsi sunt, vt sidera ipsa pro Diis haberent, aut saltem Deos in stellis habitare, atque per illorum vires hominum emolumento consulere sibi imaginarentur. Porro cum e traditione, fama et narratione migrantium intelligerent, esse gentem aliquam, quae Deo sacrificia offerret; et astris altaribus structis sacras obtulerunt victimas. Quemadmodum vero sol est vtilissimum hominibus et splendidissimum sidus, cultus eius, seu cultus religiosus ignis coelestis altas egit radices, et fere vbiq; terrarum sedem suam fixit.

§. 22.

Sed ab hoc errore perfacilis ad alterum fuit descensus. A cultu solis ad cultum ignis sua sponte transferunt gentes. Ex antiquorum de siderum natura dogmatibus hoc commode deduci potest. *ΖΕΝΟ* purissimum ignem solem esse docuit x). *ΡΥΡΗΟ*

w) More nevoch, part. 2, c. 10, p. 206.

x) *Ἐιλικονες πύρ* Lærtius lib. 7, c. 1, n. 71, p. 806.

RHO solem propter distantiam igneum videri affirmavit *y*). Quae AN AXAGORAE visa sunt, iam supra vidimus (§. 9). ANAXIMANDRO est ignis purissimus *z*); EMPEDOCCLI ignis ingens massa *a*). Sed et reliqua sidera ignita esse crediderunt *b*). Nam stellae, ex opinione veterum, ex purissima aetheris parte gignuntur; sunt calidae et perlucidae *c*), igneae formae *d*), atque natura flammeae *e*), seu ipsae sunt ignis *f*), et sol ipse ex igne factus est *g*). Hinc stellae atque ignis elementaris eiusdem naturae fuerunt. Quae cum ita antiquis viderentur, ignis ipsis fuit symbolum optimum, astra, hinc Deos repraesentandi; et cum ignis eiusdem sit naturae ac nonnulli e grege Deorum; etiam ignem religiose coluerunt, sanctumque et aeternum aluerunt ignem, ad repraesentandam aeternam Deorum ignitam naturam. Hinc illi foci, illa altaria, in quibus aeternus ignis candebat, originem traxerunt.

§. 23.

Sed forsan et aliae sunt rationes, quae primum tum solis tum ignis cultum religiosum stabilire, hominibus persuaserunt. Quae mihi hac de re in mentem venerunt, proferam in medium; an vera, vel falsa, vel probabilia, vel improbabilia sint, an in antecedentibus disputatis palmam praeripiant, nec ne, lectorum erit iudicium ferre. Rationem huius idololatriae in antiquorum philosophorum dogmatibus inueniri, mihi persuasi. Qui de origine mundi disputarunt antiqui, duo statuunt eius plerumque principia, alterum agens, alterum patiens. ZENO CIT-

TIEVS,

y) Ὁ ἥλιος παρα το διαστημα πρὸ-
ρωθεν φανεῖται. Lærtius lib. 9. c.
11. n. 9. 1052.

z) καθαρῶτατον πυρ. id. lib. 2.
c. 1. n. 2. p. 134.

a) πυρος ἀθροισμα μεγα. id
lib. 8. c. 2. n. 12. p. 944.

b) vid. Plutarchum l. c. lib. 2. c.
13.

c) Cicero N. D. lib. 2. c. 16. p.
1079.

d) id. ibid. c. 40. p. 1092.

e) id. ibid. c. 46. 1046.

f) Lærtius prooem. n. 7. p. 11.

g) Plutarchus, l. c. lib. 2. c. 6.

TIEVS, CHRYSIPPVS, ARCHEMEDAS et POSIDONIUS hoc inprimis publice docuerunt *h*). Principium agens iisdem philosophis Deus fuit, per cuius rationem omnia creata sunt *i*). Deo itaque mundi fabricam adscripserunt, de quo memorabilis et elegans testatur *Maximi TYRII* locus: *Vna cum nutu Iouis terra constitit, et quicquid terra educat; mare constitit, et quicquid mare producit; aër constitit, et quidquid aër fert: coelum constitit, et quidquid in coelo mouetur. Omnia haec opera Iouis nutus perfecit k*). Cum vero ipsam rerum originem exponere, et opus productionis singularum partium vniuersi explicare conantur, ignem inter prima elementa referunt. PLATO, quamuis duo rerum principia statuat *l*), ex quatuor tamen elementis mundum ipsum, et quae in eo sunt, nasci docuit *m*), ignemque primum omnium confectum esse docuit *n*). PARMENIDI duo fuerunt elementa, ignis et terra, quorum ille, opificis, haec materiae teneat ordinem *o*). HERACLITVS ex igne cuncta constare docuit *p*). ZENO recensitis quatuor elementis, summo in loco ignem, aethera appellandum, in quo orbes nati sunt, ponendum

D 2

duxit

h) Δοκει δ' αὐτοῖς ἀρχαὶ εἶναι τῶν ὄλων δυο, ποῖα καὶ τὸ πασῶν. *Liærtius* lib. 7. c. 1. n. 68. p. 796.

i) id. *ibid*.

k) Ὅμοι δὲ τῶ Διὸς νευμαὶ γῆ ξυνεση, καὶ ὅσα γῆς θεμεμῶα - - - τῶα ἔργα τῶν Διὸς νευμα. *Maxim. Tyr. Diss* 25. apud *Herm. Witsium* in aegypt. lib. 2. c. 14. p. 173.

l) Δυο δὲ τῶν πάντων ἀπεφηνεν ἀρχαὶ, θεὸν καὶ ὑλῆν. *Liærtius* lib. 3. n. 41. p. 347.

m) Ἐξ ἂν αὐτῶν τὴ τῶν κόσμον, καὶ τὰ ἐν αὐτῶ γεννασθαι. *id. ibid*.

n) Plato, ignem primum confectum, deinde aethera, post quem aera, ab hocque aquam novissimamque omnium terram. *Plutarchus* de placit. lib. 2. c. 7.

o) Δυο τὴ εἶναι στοιχεῖα, πυρ, καὶ γῆν, καὶ τὸ μὲν, δημιουργὸς τῶξιν, ἔχειν, τῆ δὲ ὑλῆς. *Liærtius* lib. 9. c. 2. n. 2. p. 984.

p) Ex puris τὰ πάντα συνεσῶναι. *Liærtius* lib. 9. c. 1. n. 6. p. 968.

duxit q). Quae de Aegyptiorum theologia nobis superesse fecit DIODORVS Siculus, etiam ostendunt, illos igni, qui circa solem est, formationem vniuersi adscripsisse r). Deum itaque quamuis permulti factorem mundi esse cognouerint, ignem tamen ei tanquam causam secundariam, seu primarium instrumentum, per quod omnia facta sint, adiunxerunt, eumque principium mundi agens appellarunt; eamque ob causam procul dubio *Empedocles* igni nomen *Jovis* dedit s), ut eo nomine ignis mundi causa efficiens secundaria atque vis eius et potentia describeretur. In relatione de origine mundi, siue vera et genuina, siue supposita, antiqua tamen dogmata exhibente, quam sub *Sanchaniathonis* nomine nobis seruauit *Eusebius*, non quidem expressis verbis ignis auctor mundi constituitur, at, ut mihi quidem videtur, aliquo modo indigitatur. Duo ponunt principia uniuersi antiqui *Phoenices*, alterum aërem tenebrosum et spiritatem, seu spiritum aëris tenebrosi, alterum Chaos t), Cognouerunt antiqui sola materia absque spiritu vitali nihil effectuari, esse Chaos absque spiritu molem rudem et indigestam, absque motu, et vi aliquid producendi, quemadmodum corpus absque spiritu vitali moles est iners. Adiunxerunt itaque $\text{I}\omega$ Chaos spiritum aliquem, moventem, vitalem, ut Chaos in mundum habitabilem transformeret, illudque moueat, animet, atque formet. Sed per spiritum istum vitalem, qui omnia gignit, olim et inprimis a *Stoicis* ignem caelestem, seu aliquid igneum esse intellectum, satis aperte docet *Cicero* u), qui

q) Ἀνάστασις εἶναι τὸ πῦρ, ἐν δὲ τῷ αἰθέρα καλεῖσθαι, ἐν ᾧ - τῆν φφαίραν γενναῶσαι, *Lüert.* lib. 7. c. 1. n. 69. p. 799.

r) $\text{I}\omega$ περὶ ἡλίον πυρὶ. *Diod. Sic.* lib. 1.

s) Δια μὲν τὸ πῦρ λέγων. *Lüert.* lib. 8. c. 2. n. 12. p. 944.

t) Ἄερα ζῶσα καὶ πνεύμα-

και chaos θολερν. *Euseb.* praepar. lib. 1. c. 10.

u) Physica ratio non inelegans inclusa est in impiis fabulis. Coelestem enim, altissimam aethereamque naturam, id est, igneam, quae per se omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, quae coniunctione alterius egeret ad pro-

qui illos, qui huic igneae naturae, corpus, quo ad procreandum singula eget, demunt, reprehendit, adeoque inter ignem et materiam eandem ac inter spiritum et corpus intercedere relationem iudicat. Quanta vero igni in producendis rebus tribuenda sint, idem tradit Cicero: *ille*, inquit, *ignis corporeus*, (quem elementari, quem vitae usus requirit, opponit), *vitalis, et salutaris omnia conservat, alit, auget, sustinet, sensuque afficit* w). Hanc ob rationem, spiritus ille aëris tenebrosi, qui cuncta formavit, secundum theologiam Phoenicum, mihi nihil aliud quam ignis iste *Ciceronis* esse videretur. Ignem itaque coelestem mundi habemus auctorem, qui id universo est, quod animae hominum corporibus sunt, nam animae eiusdem sunt naturae ac ignis coelestis x). Cum itaque ignis coelestis tantus sit, ut rudem indigestamque molem in mundum habitabilem transformare possit, omnia generet, conservet, augeat, alat, sustineat, sensuque afficiat, et exinde nomen *Jovis* ei competat, atque ab antiquis ei tribuatur y); dignis omnino visus est, qui tanquam Deus colatur, cuius et vices et nomen tullit. Sed ignis iste coelestis, divino honore maestandus, in sole maxime est conspicuus z),

D 3

ergo

procreandum. Cicero N. D. lib. 2. c. 24. p. 1055.

w) *ibid.* l. 2. c. 15, p. 1079.

x) Homines sunt hac lege generari, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quae terra dicitur: hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quae sidera et stellas vocatis: quae globosae et rotundae diuini animatae mentibus, circulos suos orbisque conficiunt celeritate mirabili. Cicero *sofn.* Scip. c. 3. p. 1437.

y) *Servius*: Phisici Jovem aethereum, id est ignem, volunt intelli-

gi. vid. *Bouhierum* ad *Cic.* N. D. lib. 2. c. 26.

z) *Philolaus Pythagoreus* solem vitri modo perlucemem accipere ab igne coelesti splendorem, acceptumque ad nos transmittere, et tanquam percolare, adeo coelestem ignem soli assimilem esse, ex quo prodire solem et simile quid speculi, tertiamque inde a speculo lucem ad nos per reflexionem dissipari: hanc enim nos solem vocare, quasi imaginis imaginem. *Empedocles* soles duos, horum vnum quidem ignem primarium, e regione semper simulachri sui constitutum: hunc autem solem, qui

visi-

30 DE IGNE RELIGIOSO DISSERTATIO.

ergo et sol eiusdem honoris particeps est, nam est ignis coelestis imago; nec imago sola, sed sol igni coelesti est simillimus ^{a)} iisdemque viribus gaudet. Hinc non licuit antiquis solem in colendis diis praeterire, cum Deo fuerit simillimus.

S. 24.

Atque hoc modo ignis religiosi cultum esse primo introductum, aut demum stabilitum, certisque fundamentis superstructum, ex iis quae praecedenti disputavi, colligendum erit. Duo potissimum sunt, quae ex antiquorum dogmatibus erui possunt momenta: primum est quod antiqui philosophi igni formationem totius uniuersi adiudicarint, quem eam ob rationem ignem plasticum nominares; et alterum, ignem coelestem, omnia formantem in sole conspici. Quae si vt vera praesupponuntur, facilis exinde deriuatur erroris origo. Qui enim est auctor formatorque totius mundi, ab eius nutu omnia pendent; et merito honore divino prosequendus est. Sed ignis Dei nomen et omen habet; mundum formavit, ornavit, singula produxit, et in ordinem redegit, ergo venerandus est. Ignis istius sol est non solum imago, sed eiusdem fere naturae. Ergo in solem honor diuinus redundavit. Ignis vero elementaris optimum symbolum fuit ignem istum coelestem repraesentans. Ergo et elementaris religiose habendus est. Atque sic error philosophorum fuit origo errorum vulgi.

visitur, repercussum simulacrum esse eius, qui in altero est hemisphaerio aere ignito pleno. *Plutarchus* de placit. lib. 2. c. 20. ex *vers. Gail. Budaci.*

^{a)} Quare cura solis ignis similis eorum ignium sit, qui sunt in corporibus animantium etc.; *Cicero* N. D. lib. 2. c. 15.



99 4 6988

ULB Halle

002 843 919

3



ursprüngl. Stk. 1 nicht gezählt, da
Titel nicht zu ermitteln

VJ 17

Rehr ✓





DE
IGNE RELIGIOSO
DISSERTATIO.

VIRO
SVMME REVERENDO DOCTISSIMO
DOMINO
JOANNI WILHELMO
LOEPERO,

SS. THEOLOG. DOCTORI ET PROFESSORI GYMNASII,
CONSISTORII PRAESIDI, ECCLESIAE SVNDENSIVM
SVPERATTENDENTI, AD AED. DIV. NICOLAI PASTO-
RI PRIMARIO, ET SCHOLARCHAE

CVM

AVSPICIIS DIVINIS
DOM. IV. ADVENT. A. O. R. MDCCCLII.
JVBILAEVM MINISTERIALE
FELICISSIME CELEBRARET,
INSCRIPTA.

ROSTOCHII,
LITTERIS RÖSIANIS.